



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

29. An Confessarius qui obligat pœnitentem ad confitendum delictum
dignum morte, si iuridicè interrogetur, incurrat irregularitatem? Idem
dicendum est, si illi consulat, ut consentiat sententiæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

RESOL. XXVII.

An Sacerdos, qui non habet licentiam confitendi, si excipiat alicujus confessionem, incurrat irregularitatem? Idem dicendum est, si talis Sacerdos administret Extremam-Vnctionem. Ex p.4. tract.2. Ref.89.

Sup. hoc in
tom.1. tr.3.
Ref.27. cur-
sum in fin.

Affirmativam sententiam potest quis tribue-
re Joanni Præposito in 3.p. D.Thomæ q.5. de
irregular. dub.6. num.36. ubi sic asserit. Diaconus præ-
sumens sacramentaliter absolvere, vel confertre Ex-
tremam-Vnctionem, fit irregularis, imò & Sacerdos
qui solum priori ordinatione est ordinatus, quia in
ea nondum recepit potestatem absolvendi. Ita ille:
sed non loquitur in casu proposito, sed in alio, in
quo deest Ordinis potestas. Sed mihi placet contra-
ria sententia quam tuctur Bonacina de censur. disp.7.
quæst.3. punct.6. num.6. quia irregularitas incurritur
ab exercente Ordinem quem quis non habet; Sed
Sacerdos in hoc casu non exercet actum quem non
habet, cum verè sit Sacerdos, sed potius dicitur exer-
cere actum jurisdictionis quam non habet: ergo non
est irregularis, cum non sit lata irregularitas contra
exercentem actum jurisdictionis alienæ. Ita Bonaci-
na, qui citat Coninch. & Henriquez. Et idem dicen-
dum est si talis Sacerdos administret Extremam-
Vnctionem.

RESOL. XXVIII.

*An Sacerdos excommunicatus, si excipiat confessiones, incurrat irregularitatem? Et an hoc procedat quantumcumque excommunicatio, vel delictum sit occultum, etiamsi absolutio esset invalida ob culpam penitentis? Et an Sacerdos excommunicatus ex sola administratione Eucharistie, quamvis non celebret, incurrat irregu-
laritatem?* Ex p.4. tr.2. Ref.90.

Doctrina
hujus Ref.
non est satis
clara ideo
distingueda,
pro qua lege
in to.1. tr.1.
ex Ref.18.
doctrinam
§. Verum, &
ex Ref.19. §.
Sed ego, ad
med. & Ref.
larem. Moveor ex eo quod tradit Navarrus in man.
cap.27. num.244. ubi pro regula generali tradit, fieri
irregularem illum, qui celebrat divina officia, vel facit
aliquem actum deputatum Ordini Sacro majori
quem habet. Constat autem quod audire confes-
siones est actus specialiter deputatus Ordini Presbyte-
rii. Secundo proba ex regula generali, videlicet
fieri irregularem illum Clericum, qui exercendo
actum Ordinis violat censuram: at Sacerdos excom-
municatus audiens confessiones primò exercet actum
Ordinis Presbyterii, ut patet; secundo violat censu-
ram excommunicationis, per quam illi interdicitur
ministrare Sacramenta: ergo fit irregularis, & hoc
intelligi quantumcumque excommunicatio, vel de-
lictum sit occultum. Ita Portel, qui licet dicat hunc
casum à nemine fuisse discussum, ego tamen illum
invenio resolutum etiam affirmativè apud Avilam
ubi infra. Henriquez lib.13. cap.7. num.1. Alterum de
censuris lib.2. disp.1. cap.2. dub.1. Suarez de censuris

disp.10. sect.3. num.15. Martinum Bonacinam de cens.
disp.7. quæst.3. punct.5. num.6. qui docet hanc sen-
tentiam esse veram, etiamsi absolutio esset invalida
ob culpam penitentis. Verum his non obstantibus
Didacus Perez in annotat. ad Villadiegum de irregu-
lar. cap.2. num.12. docet tunc excommunicatum ab-
solvemtem incurere irregularitatem, quando absol-
vit cum orationibus, sola & Misere, secus quando
ordinario modo absolvit; sed ego non audeo rece-
dere à communi sententia. Vnde ex his rectè ego olim
in casu contingenti consului quendam Sacerdotem
excommunicatum irregularitatem incurrisse ex sola
administratione Eucharistie, licet Missam non ce-
lebraverit, quia talis administratio est actus deputa-
tus Ordini Sacro. Ita Avila de censur. part.7. sect.2.
dub.2.

RESOL. XXIX.

*An Confessarius, qui obligat penitentem ad confitendum delictum dignum morte, si jurisdicte interrogetur, incurrat irregularitatem? Idem dicendum est, si illi consulat, ut consentiat sententia mortis iusta, quam differre non potest, nisi per injus-
tam appellationem? Et quid, si illi consulat omittere appellationem à jure concessam?* Ex p.4. tract.2. Ref.99.

Negativè respondeo, quia hoc non est con-
currere ex parte inferentis mortem, sed ex
parte sustinentis, & hoc iuste, præterquam quod
solum intendit consulere animæ penitentis, & mors
est per accidens sequuta. Et idem est si illi consulat
ut consentiat sententiæ mortis iustæ, quam differre
non potest, nisi per injustam appellationem; esset
tamen irregularis si consulat omittere appellationem
jure concessam, quia esset causa accelerationis mor-
tis. Ita Cornejo in 3. part. D.Thomæ tract.5. de irregu-
lar. disp.11. dub.1. §.4.

RESOL. XXX.

An Confessarius, qui frangit sigillum confessionis, fit irregularis? Et an laicus, qui sine necessitate confessionem secretam audit, fiat irregularis, si illam revelet? Ex p.5. tract.11. Ref.53.

Majolus, qui totum mundum irregularita-
tibus implicare voluit, affirmativè respon-
det in lib.5. de irregul. cap.19. num.16. sequens Specu-
latores, quia putat irregularitatem in hoc casu
includi in depositione imposita contra fractores si-
gilli in can. Sacerdos, de penit. dist.6. in c. nriusque se-
xus, de penit. & remiss. immò addit laicum, qui
sine necessitate confessionem secretam audit, fieri
irregularem, si eam revelet.

Sed ego puto omnino negativam sententiam
tenendam esse, quia irregularitas numquam incur-
ritur, nisi sit in jure clarè expressa. Sed hæc irregu-
laritas non deducitur ex dictis juribus, quia deposi-
tio in ipsis imposita non incurritur ipso facto, nec
aliunde. Ergo, &c. Et ita hanc sententiam ex Filli-
cio & Suarez docet Hurtado disp.12. de penit. dub.14.
& Jacobus Granado in 3.p. de Sacram. contr.7. tr.1.
disp.8. num.2. cum Onuphrio opusc. de sigillo sect.5.
quæst. ult. Fagund. pr.2. lib.6. c.7. num.3. Turrani. de
penit. disp.33. dub.9. Aldrete de disciplina tuenda lib.2.
cap.19. §.1. num.3. & aliis.

RESOL.